



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 67. Variæ Sacrarum Congregationum Decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

tifex illos visitationi & Jurisdictioni Ordinariorum hoc anno die decima Februarii subjecit, donec ipsorum reditus eousque aucti fuissent, ut inde duodecim Religiosi in eis commode sustentari valerent. Declaravit pariter idem Pontifex alia Constitutione die vigesimo quinto Septembris edita, quod Commendatarii, qui Monasteria Ordinis Cisterciensis obtinent, non valeant Priores & Officiales ejusdem Ordinis instituere, vel suis officiis amovere, nec visitare Monachos, eosque corrigere.

Sæc. XVII.
A. C. 1654.

§. LXVII.

Varie sacrarum Congregationum Decisiones.

Plura sacrarum Congregationum decreta hoc anno prodire, & primo quidem die septima Januarii rursus Concilii Congregatio decidit, quod licentia Confessiones audiendi omnino gratis concedenda sit, eaque obtenta post oppositionem, litem & possessionem beneficii non suffragetur ad obtinendam Prælationem: pariter ab eadem Congregatione die decima octava Aprilis declaratum habetur, quod Episcopus non possit prohibere, quin Regulares pro devotione Missas in Ecclesiis

*Decis.
S. Congreg.
Concil. Rit.
&c.*

Sæc. XVII. siis sæcularibus de consensu Rectorum
 A. C. 1654. celebrent, Regulares tamen in dictis
Ecclesiis onus celebrandi ratione stipendii, invito Episcopo non suscipiant. Die autem duodecima Decembris sacrosanctum, quod Præbendarii juxta consuetudinem introductam non lucrentur distributiones quotidianas Horarum Primæ, tertiæ, sextæ & nonæ, si primæ ad Chorum accedant, quando decantatur tertius Psalmus earundem horarum, nec possint juxta præsentem consuetudinem assistentes horæ sextæ lucrari distributiones horæ nonæ, nisi dictis horis personaliter intersint, quod per talem consuetudinem Cultus Divinus plurimum diminueretur, demum eadem die declaratum a Congregatione Concilii, quod dispensatio & absolutio a tribus votis obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis Conjugalis in professione Ordinis Militaris S. Jacobi emitti concedi valeat cum commutatione in aliud opus suæ Sanctitati bene visum & quidem in votis solemnibus, si ad causam publicam, in simplicibus, si ad causam privatam ad arbitrium Confessarii, qui hasce causas examinet.